



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 3. Sessio prima Concilii Florentini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

, ac d.
Ex i.
quæ l.
n Flore
depræd
jamjan
Ferran
venerant
ngregati
perage
uis quo
ificarent
nilque
s inchoate
, an co
peri deli
magis sibi
r ad ev
onclusum
ificis pa
nque ad
es, & e
orripit
tenetur,
Quapro
Concili
secund
quæ erat
tulerunt
ii saltem
pri

primæ huic Sessioni interesse optaverat, **Sæcul. XV.**
satisfacturi.

A. C. 1439.

§. III.

Prima Concilii Florentini Sessio.

Cæpta est ergo præstituto die prima *Conc. fo. 15.*
Florentinæ Synodi sessio, cui tamen *p. 223.*
non minus ac subsequentibus Patriarcha
adversa valetudine præpeditus, assistere
haud poterat. Totam hanc Sessionem
tenuit prolixus admodum Dialogus inter
Imperatorem doctrinæ splendore illu
strem, & Cardinalem Julianum, tandem
que conclusum, ut ad conciliandam con
cordiam utrinque opportuna excogita
rentur media, ac propterea convenirent
Græci, de modo ineundæ pacis delibe
raturi, suumque consilium in proxima Ses
sione aperturi. Quo comperto Impera
tor unacum Prælatis Patriarchæ domum
accessit, & de via in hoc rerum cardine
aggredienda consilium iniit. Verum cun
cti Præfules Imperatori respondebant:
*Nos medium ullum nec habemus, nec propo
nimus: sed quia die Sabbati debemus respon
dere latinis, prompti quidem sumus, sed pe
tit Imperium tuum, ut pars utraque priva
tim conveniamus, & Deus de unionis modo
providebit.* Idcirco Græci septem ex suis
elgebant, qui Latinorum argumentis re
sponderent: hi erant, Antonius Hera
cleen-

Dd 4

Sæcul. XV. cleensis, & Gregorius Protosyncellus,
A.C. 1439 Isidorus de Russia, & Marcus Ephesinus,
quorum duo priores Alexandrini, duo au-
tem posteriores Antiocheni Patriarche
Vicarii erant; Dositheus Monembasien-
sis, qui Patriarchæ Hierosolymitani vicos
agebat; Beffarion Nicænus, & Dorotheus
Mitylenensis. His igitur plenam conce-
fere facultatem conferendi, & de quinque
controversis Articulis transigendi cum La-
tinis, qui pari ratione septem nominarent
Prælatos, cum Græcis in arenam descen-
furos. Verum Papa privatos hosce con-
ventus minus utiles autumans, Græci
acquiescere noluit, afferens, si rem no-
nisi disputatione agere vellent, satius fo-
ret, ut eadem publice institueretur; sic
enim nec rerum, quæ ibidem palam per-
tractarentur, notitia versuto quodam si-
lentio suppressum iri, nec calumniantibus
integrum fore, impune conviciari, ac si
alterutra pars clandestinis artibus dece-
pta, & caussæ, cuius defensio suscipie-
tur, justitia turpiter violata fuisset.

§. IV.

Session II Florentinae Synodi.

Pontifex, cum satis perspectum haberet,
quod Græci de proponendo confiden-
dæ concordiaæ modo nihil sint solliciti,
sed unice rem disputando agere vellent,

EUC
ad p
den
ter
ipso
Gra
min
Epi
cefl
nor
bor

pta
tati
dem
mis
sand
sii t
cus
proo
Filii
que
Exi
cund
proo
Scr
nom
sand
lii, i
ci d
tus
alio
tale
ad